

## Sermo

affectu. Non sunt ergo boni custodes cui  
 parcant ab oneribus et actionum angu-  
 stijs molestijsque ut expeditius in occursum  
 amplectumque properet verbi cui pallium  
 persuasionibus auferant suis. Exui me  
 (inquit) tunica mea. Hoc quidem in ante-  
 rioribus dicit. Tulerunt pallium meum  
 nude et pure simplicitatis innotescit et li-  
 bero affectu in amoris negocijs tulerunt  
 pallium meum. Quodammodo dicentes.  
 Quid compedita curis queris dilectus?  
 Quid istas tecum voluis molestias? Si  
 non penitus deponis officium: cur non  
 sollicitudines ad horam saltem seponis?  
 Non detractamus studijs: sed instanti vo-  
 lumus detrahās. Noli nimietatem que-  
 stus: necessitatis verbo retere. Quid bo-  
 num in te finis ingenium terrenis obrui?  
 Quid illos emularis? In oneribus posi-  
 ti iumentis comparantur. terrenis inhi-  
 ant. terrena mandunt. studio ruminat. vo-  
 rant affectu. ponuntur in sublimi. sed vo-  
 luntur in limo. Noli emulari in istis ve-  
 hementibus: nec zelaberis hanc facientes  
 iniquitatem. An non iniquitas et inequa-  
 litas multa: ad transitoria intentus: impē-  
 dere animum / ad eterna remisum? Quid  
 quod non semper intendunt negocijs? Quid  
 quod quidam sub obtentu providentie neces-  
 sitatis et ab opere manuum et a meditatio-  
 ne scrutande veritatis excusant se studio.  
 plus dant negociationi quam quieti. pl<sup>us</sup> scu-  
 rilitati verborum quam scripture sacre collati-  
 oni. plus ocio quam operi. fratrum officinas  
 circumueunt et cellas ociose. curiose. verbo-  
 se. Noli emulari in sic negociantibus: nec  
 in sic ociantibus. Quia vel oblata vel pa-  
 rata in usum amoris: in sapientie medita-  
 tionem: in dilecti vel querendi studium vel  
 inueniendi complexum tota conuertit hu-  
 iusmodi et his hortamentis. Tulerunt pal-  
 lium meum custodes murozum. Custo-  
 des isti sunt de quibus ait Isaias. Su-  
 per muros hierusalem custodes constitui.  
 tota die et tota nocte non tacebunt. Sed  
 nos iam hic taceamus a sermone hoc: ora-  
 tionum et laudum debita solentis: ore ali-  
 quando tacituri: animo semper reddentes  
 solennia laudum domino Ihesu regi et  
 sponso celesti per infinita secula seculorum  
 Amen.

Sermo. clv.

**O**ro conueni<sup>3</sup>

ens. Post exhortationem do-  
 corum: orationum a sodalibus  
 suffragia videtur orare. non simplici ro-  
 gare: sed cum obtestationis obsecratione.  
 Adiuuro vos filie hierusalem: si inueneris  
 dilectum: ut annuncietis ei. quia amo-  
 re languo. Ad iuratio vehementiam pre-  
 candi manifestat. Anxia vota suis nesci-  
 unt esse contenta meritis. ideo aliene pre-  
 cis mendicant suffragia. Perfecta humili-  
 tas de meritis semper alienis presumit.  
 Adiuuro vos (inquit) filie hierusalem: si i-  
 ueneritis dilectum. Conditio ista non du-  
 bitantis est. sed cum temperamento roga-  
 tis. ac si dicat. si inueneritis. conditionali-  
 ter suspendo: non ambigens de inuentio-  
 ne vestra: sed magis consulens verecundie  
 Nam sub conditione accipitur hec vobis  
 dici temperantius auditis: quam si dicatur  
 cise. cum inueneritis. Non veretur ne su-  
 pensiuam rogationem ad iniuriam tra-  
 hant. nouit verecundiam filiarum hieru-  
 salem. nouit humilem spiritum. et quod tene-  
 rent pudorem. Plus lederet precisa diffi-  
 nio quam suspensa conditio. Si (inquit) in-  
 ueneritis. Dico. si inueneritis. non dico cum  
 inueneritis. Illud dico: sed istud intelli-  
 go. De meo affectu dubitatio ista non pro-  
 dit: sed affectui vestro et humilissime existi-  
 mationi de vobis ipsis morem gero. Si  
 inueneritis. hoc est. cum inueneritis: me-  
 mentore mei. cum bene vobis fuerit: tunc  
 mementore mei: ut suggeratis. ut annun-  
 cietis dilecto. Non oportet in huius loci  
 disputatio morari. ad mores vestros fra-  
 tres vos mitto. Recolite qualiter ab inui-  
 cem quam humili affectu quanta votorum in-  
 stantia et cum adiuratione: orationum men-  
 dicatis solatia / non quod omnes auerentis  
 petere nunciare de vobis quod sitis amore la-  
 guentes. Alium soletis inuicem languo-  
 rem deplorare: non gloriari de isto. Et si  
 potest quis ad horam gloriari: non expe-  
 dit quod dem: ne forte immisione inanis glo-  
 rie: gloria vestra nihil sit. Sunt tamen non  
 nulli qui conuersationis iudicio et oris of-  
 ficio diuini in se languores amoris ocul-  
 tare non possunt. Concepta non potest non